

issent, Turnellus fuit in honore, atque  
 ut virum nobilem decuerat, probè omnia  
 gessisse creditus est: nostris verò est honor  
 habitus, & apud *Maiorem Urbis*, ut  
 vocant, Magistratum plebeium scilicet,  
 hospitium est assignatum. Qui pro  
 Præfecto rei maritimæ ius Pembrochij  
 tum dicebat Nicolaus Adams, apud quem  
 nostri testimonium dixerant, ubi audit  
 pessimè iis esse in nauigio, iussit eos  
 diuersari apud eū Magistratum, quem  
 indicauimus, suaque fide omnia eis sup-  
 peditari copiosè, quibus si deesset, unde  
 sibi rependerent, Dei causâ se iis sum-  
 tum gratiam libenter facere dicebat,  
 quòd putaret minimè decere, ab omni  
 dignitate ac doctrina instructis viris nihil  
 apud Pembrochios ciues humanitatis  
 relinqui. Missum erat ad Britannia  
 Regem de nostris, cuius dum rescriptum  
 expectatur, frequentes visendi confer-  
 endique gratia vndique ad nostros adeunt  
 de nobilitate, de magistratibus, ac min-  
 istris etiam, quorum quaternos in dispu-  
 tationis palæstra cum illis commisit qui-  
 dam de proceribus, doctrinæ periclitandæ  
 studio.

stud  
 in R  
 Reg  
 esse  
 vrge  
 rum  
 ab f  
 Nih  
 Pen  
 vnde  
 cicæ  
 depo  
 pæn  
 Dyn  
 Bau  
 ficer  
 præ  
 iter  
 abun  
 I  
 quan  
 inter  
 rem  
 goti  
 ienti  
 pedi